

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Ad quid obligetur committens homicidium casuale. n. 526.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

mortis, an teneatur ulterius ad sequentia damnationis temporalia resarcienda.

¶. Probabilius negativè. Ratio est: tum quod vita, quæ auctoritur, omni alio damno longè pretiosior sit, tum quia obligatio; si qua est in occidente, est personalis: atque adeo persona è mediò sublata tollitur etiam ejus obligatio.

### CONFERTIA. LXXXVII. 255

**O**ccisus morti proximus remittit & condonat omne debitum ac satisfactionem pro damno sibi illato ab Occidente: an tunc is liber maneat ab omni obligatione restitutionis, quam urgere alias possent heredes necessarij, ut filii, parentes & uxor.

¶. Cum Tanner hic q. 6. num. 116. Fabro & alijs, Homicidam non liberari ab omni obligatione restitutionis heredibus. Ratio est quia patet v. g. Iesus non potest remittere damnationem filiorum vel uxoris, sicuti nequit remittere injuriam Reipubl. & legis violatæ, quin justæ adhuc secundum leges puniatur. Deinde ipse pater tenebatur sustentate filios, aut parentes egentes, ita ut ab hoc iure seipsum liberare non potuerit: Ergo non potuit hoc jus occisorum condonare.

### De Homicidiis Casualibus.

### CONFERTIA. LXXXVIII.

**M**urarius proijiciens lapides ex domo, regulas ex teatro, occidit hominem præterea-

tem, nil minus cogitans, quam committit homicidium. Quæritur ergo, an sit homicidius, & teneatur ad restitutionem.

Resp. Siquidem Murarius periculum prævidit, vel suspicatus est, & moralem cautelam non adhibuit, ne mors alicujus sequeretur v.g. clamando, ut prætereuntes sibi caveant: Vt aliud signum ponendo, ex quo perambulantes cognoscant periculum sibi imminere, peccato homicidij indirecte voluntarij cumonere restitutionis, ac contrahere irregularitatem; Ita omnes. Ratio est: Quia opus illud alioquin licitum, jam per accidens fit illicitum in materia homicidij, cuius periculum prævidit, & non præcavit.

Quod si autem moralem diligentiam habuerit ad præcavendam mortem, clamando, &c. & audiens nihilominus transit & lapide projecto enecatur, nec peccat, nec fit irregularis. Ratio iterum est: quia ubi nulla culpa nulla debet esse poena. Ex Com. Lessius lib. 2.

cap. 9. dub. 15. n. 103. Si denique nullatenus prævidit, aliquod periculum subesse, nec suspicatus est, & ideo nullam etiam diligentiam adhibuit, nullum etiam peccatum commisit propter inculpabilem inadvertentiam, sed erit homicidium merè casuale.

**C O N F E R E N T I A . LXXXIX.**  
Iudex Reum torquendo excedit modum torturæ, & præter intentionem directam occidit.